

LXXV. Vallis Ossolae.

Per vallem Ossolae, quam hodie via transit per Alpem Simplonensem strata, etiam Romana aetate viam factam esse titulo n. 6649 probatur. Quae cum publica populi Romani vix fuisse videatur, utrum

eam fecerit municipium aliquod an publicanorum societas, ex reliquiis tituli parum apparet. Accedunt his duo tituli in alpestri regione supra Vogognam reperti ad Crevolam et Cravegnam.

6649 extat adhuc loco antiquo ipsi rupi incisa paucis passibus supra Vogognam Domodossolam versus iuxta viam, quae adhuc est, a dextra eius. *Al scopello del Masone mezzo miglio sopra Vogogna* BORRI; non longe a ponte *del Masone* in campo sacerdotis Barth. Testoni LABUS. Ea quae desunt erasa esse litigantibus inter se Ioh. Maria Albertazzi et Ioh. Antonio Colori narrat BORRI.

VIA · FACTA · EX · HS X XII B C
C DOMITIO DEXTRO II P // // // CC // FVSCO · COS ·

M · VALERIO
CVRATORIB ·
5 VENVSTI · CON
M A R M O R A

|||||
|||| VIO
|||||
|||||

Contuli. Borri *descrizione dell' Ossola* (1666) p. 14; Guido Ferrari *lettere Lombarde* (opp. tom. 4) in praef. (cf. p. 479), cui dedit amicus; Panigonius Novariensis ex schedis ut videtur Rabbagliettianis in syll. n. 138 (cf. vol. C p. 167); Labus *antica via del Sempione* 1840 (*mem. dell' Inst. Lombardo* vol. 1 p. 1 seq.) ad ectypum gypsaceum in aere incidit (inde omnino Scaciga *val d'Ossola* 1842 p. 32; Devit Borgomanero p. 33).

1 ante VIA quod cernitur signum Q litterae simile, recens adiectum esse intellexi. — Numerorum nota secunda videtur fuisse x; Labus legit XII B C. — 2 post II quae sequitur littera aut P fuit aut R aut B; deinde desunt litterae sex, sequuntur duae CC vel CO, desunt rursus tres quattuorve; deinde F (vel T) VS (haec littera dubia) CO; PRISCO in lapide non fuit. — COSS Labus errore. — 3. 4. 5. 6 versus medii excisi sunt, extremi ita corrupti aqua, ut non agnoscantur nisi v. 4 tria elementa VIO. — VIA · FACTA · A · CAIO · IVLIO · CAESARE BOTTI, IVLIVS · CAESAR · HAC · ITER · HABVIT Ferrari.

De consulibus disputavit Borghesius opp. 7, 231. Dubium non est eosdem redire in titulo Fontanettensi n. 6596 dedicato III k. Iunias Dextro II et Fusco cos.; quo autem anno fasces gesserint, ignoratur. Duo paria ordinariorum a. 196 C. Domitius Dexter II, L. Valerius Messalla Thrasea Priscus; a. 225 Ti. Manilius Fuscus II, Ser. Calpurnius Domitius Dexter similia magis sunt quam eadem. Borghesius refert ad illos, Prisco hunc Fuscum substitutum esse; Marinius Arv. p. 692 ad hos, male scriptum esse Dextro II et Fusco pro Fusco II et Dextro. Haec opinio cum defendi nequeat post repertum titulum Vogognensem, ne illa quidem rem satis expedit. — Supplementa v. 3—6 haec proposuit Labus vel potius Borghesius (opp. 7, 328 seq.): M. Valerio [Optato C. Valerio Thalete] curatorib[us operi datis i]m[per]io Venusti Con[diani proc. Alp. Atrect.] marmor[is crepidinibus munita]. At tale quiddam potius latebit: M. Valerio et altero quodam curatorib[us] [eius operis, Sal]vio Venusti con[ductoris publici] nescio cuius marmora nescio quae [subministrante]. Cf. n. 1864.

6650 in Val di Vedro da' Romani fu tagliato un gran sasso e fattovi un apertura comoda a transitarvi. Vi si legge in due linee MOR. In ostio vallis Diveriae in saxo ingenti, cuius superior pars arcus formam exhibet BASILICAPETRI. *Sopra Crevola vicino al Ponte Orco* SCACIGA.

Mor.:	Scac.:	Basil.:
TLVVCCO	TINCO	/ / CCO
MOCCD	MOCCO	MOCCO

Morigia lago Maggiore (1603) p. 31; Basilicapetri Novar. sacr. p. 214; Scaciga *val d'Ossola* (1842) p. 31, qui ait olim male relatam esse ad Iulium Caesarem.

6651 arca, rep. a. 1818 Ferioli [frazione di Cravegna] prope Crodo in valle Formazza LABUS. Antigorii SCACIGA.

SECUNDAE · GERMANI
F · QVAE · VIXIT
ANNOS · XX · D · XXXV
VERVS · TERTVLLINVS
5 CONIVGI · CARISSIMAE

Labus apud Amoretium p. 110 et *via del Sempione* p. 18 ab Angelo Mai, qui vidit. Scaciga *storia di val d'Ossola* (1842) p. 31 nescio unde. Vv. aliter divisit et dedit 2 FILIAE, 3 DIES Scac.